

5. *Et θέρως quidem questio circa nostrarum Ecclesiarum doctrinam de vero & licito cultu Sanctorum unice versatur: Αντιθεσις verò ostendit, quid in hoc doctrinae capite nostri damnent & improbent.*

P A R S I. κατὰ φαινήν & θελήν veram
de cultu Sanctorum doctrinam
exponens.

6. *Initiò autem notandum Sanctorum termino notari in hac questione, Beatos illos cœlites, què nimirum piè in Christo defuncti iam in fruitione spei suæ, licet nondum plenariâ, versantur.*

7. *De his ergo queritur: Non an sint honorandi Nam hoc nemo nostrum unquam negavit: & in Cajanis ac Eunomianis, & similis farine hominibus impijs, jam pridem profanum illum contemptum, nostri damnarunt, quo illi omnem prorsus memorie Sanctorum celebrationem nefarie neglexerunt.*

8. *Quorum impietati hodiè haud parum patrocinari videtur gens Sacramentaria, Festorum solennitates & memoriam sanctorum Apostolorum in Ecclesiis hæctenus multis seculis usitatam, ausu proprio maximam partem tollens & abolens.*

9. *A quâ sive impietate sive δοξοσοφία meritò abhorrent nostræ Ecclesiæ, scientes communionem illam sanctorum quam in Symbolo Apostolico nos credere profitemur, non huius duntaxat vite terminis*